

Vota nuptialia quando ...
dn. m. Johannes Colliander
Græcæ linguæ lector, i...

1 Ic 1679 Coliander, Johannes



National Library
of Sweden

26.

2

VOTA NUPTIALIA

Quando

Reverendus ac Clarissimus

**Dn. M. JOHANNES COL-
LIANDER**

*Græcæ Linguae Lector, in Reg. Gymn. Wexio-
nensi ordinarius,*

ET

Lectissima Virgo

SARA SPAKIA

Pl. Reverendi

Dn. M. JOHANNIS SPAKII Pastoris
& præpositi Oshedensis meritissimi,

FILIA DILECTISSIMA;

*Ritu patrio, Pompaq̄ digna, Sacro matrimonij fœde-
re jungebantur*

Die 6. Iulij Anno 1679.

Scripta & dedicata

A

Præceptoribus & amicis,

A B O Æ,

Excus. apud Viduam Hansonii Typogr. Acad.



2

1679

JOHANNES COLLIANDER
SARA SPACHIA

Ἀναγγελλομασμένοι

Anne cor allides Paci?

Ab! in has oras!

Pax optuma rerum,

Pax simul uxorem denotat ecce piam!

Allides huic cor paci perdocte Magister,

JANNES COLLIANDER, SPACHIA SARA tua
Pacificam anne notat? vox Spaaf suecana docebit;

Hanc adamasti igitur diligit ipsa magis.

Ab! si pertingat nostras pax publica in oras

Has idem redeat gloria summa Deo!

Aboa in Finlan-
diâ, 24. Jun.
A. D. 1679.

Antiqua indicem
Fidei erexit

EN E V A L D. S V E N.
2. G. A. S. S. T. b. D.

Fortè Venus solitis intenta laboribus atq;
Innumeris pallens curis, insomnis oberrat
Per juga, per colles, tesquasq; cacumina montis,
Instabilem quarens gnatum! verum opus, illam,
Dicto, jam notus Devorum suscipit ordo!
Quos inter Media affatur Grynæus Apollo!
Chora chori Felix salveto portio nostri!
Præripit exoriens, nuper, mea jura, (querendum)
SIRIUS, excultos depascit frondis honores!
Ufus anhelantibusq; absorbet quidquid agelli
Muneris esse solet! Sylvis infestus & arvus!

Large

Larga rigando manus credas! hæc omnia vincet!
Eja! age! non solito tamen est fraudandus honore,
Tempore discretos non iam turbabimus annos!
Ille ego, qui Musa dicor Pater atq; Patronus
Imperium doctos malè tutum temnere jussi,
Vix duraturum primas fortè usq; Calendas!
Seponant libros nec crassa volumina volvant!
Interea, dixit, surgas soror inclita! amica!
Atq; Pharetratum iubeas puerum revocari?
(Martis enim conamina iam pulsare parati)
Ecce! jacet COLLIS de quo nunc spargitur Echo!
Echo sonat! MITIS solet hæc agnus recubare!
Fulmina torquentur! minimis stant fixa medullis
Spicula! sic iacuit Mitta sub coele -:-:
Et vox faucibus hæsit

In gratiam Neonymphi Amici sui veteris
Puerili calamo ludit

ELIAS Til-land; Med. Doct. & Prof.

SILVA

Ad Virum

Reverendum atq; Clarissimum.

DN. M. JOHANNEM COLLIANDRUM,

Regij Gymnasij Wexionensis LECTOREM;

Levissimamq; virtutibus & formâ Virginem,

SARAM SPAKIAM,

Pl. Reverendi

DN. M. JOHANNIS SPAKII, Præpositi Oshedensis,

filiam dilectissimam; Thalamo auspicato

junctos.

Scindit adhuc mentes vicinis gentibus exlex
Mavors, & Bellona ferox fera prælia miscens
Cædes agglomerat terrâq; mariq; cruentas,

A &

1a

Infestatq; frequens urbes & rura rapinis.
Non illæsa tori manent, aut salva penatum
Jura; quies nulla est, armorum plena tumultu
Omnia; pax sperata diu vix denique terris
Redditur, ut squalent tecta, agri sentibus horrent.
Vos tamen audetis, Neonymphi, fœdera dextris
Iungere, & in thalamos nexusq; venire jugales.
Scilicet, hoc Charites Vobis Virtusq; dedere,
Rebus in adversis admittere gaudia, certum
Quærere solamen curis, vitæque parare
Subsidum fragili, serie constante nepotum.
Sic etenim Agricola, glebasq; laboribus urgent,
Seminatq; immittunt purgata novalibus, olim
Largas sperantes cum magno fœnore messes.
Sic piscator aquis contendens rete profundis,
Exploratq; lacus, fundâ & transverberat amnes,
Squamigeras prædasq; hamo suspendit adunco,
Hinc arcensq; famem, conquirens in simul aurum.
Ambobus sanè vobis has indolis altæ
Dotes, has vegeto sanas in corpore vires
Addidit Astripotens; ætatis nubilis annos
Sponsæ concedens, sponso pariterq; viriles.
Nempe pari iunxit cæli superùmq; potestas
Vosmet connubio. Tibi enim, Præclare Magister,
Parnassus Sophicâ præcioxit tempora lauru;
Mox & Palladij credit Wexionia curam
Difficilem, cumulatq; novos proclivis honores
Lectorum jungens numero, vestitque tiarâ.
Desunt verba, quibus laudes, comtissima Virgo,
Dignè commemorare tuas atque enthea Divum
Munera quis valeat. Te nomine prodis

Man-

Mansuetam, mitem, facilem, vitæque venustam;
Moribus ingenioque probam, sapienter agentem;
Cum gravitate piâ vultuque habituque modestam,
Altera ceu decuit tantum nec sponsa Magistrum,
Sponsus & alter tam placido nec dignus amore;
Auspicio fausto divini Numinis ambo
Iungimini lætisque sacris & foedere vitæ.
Quis neget, ex tali descendere stirpe prolem
Et Patris & Matris similem, Validamque probamq;
Vagiet in cunis hinc primo filius anno
Filiaque, instar habens soboles utriusque parentis.
Sic mentas tandem vestras undante coronâ
Cingent, dum natos vel natas quilibet annus
Proferet, & pulchrâ cumulabit prole parentes.
Hi senibus vobis fuerint promptumq; juvamen,
Exantlatorum & solatia certa laborum:
Isthoc subsidio, post fata perennè superstes
Stabit vestra domus, nomenq; in tempora sera
Florebit, dum posteritas rediviva manebit.
Crescent Divitiæ vobis atq; ampla supellex
Natorum ex numero, tantò domus inde virebit
Amplius; haud etenim manus est breviata Iehovæ,
Quin exile penu mutet prædivite gazâ.
Horrea distendent messes, & copia cellas
Omnes implebit; nunquam deeruntq; canistris
Reliquiæ, soboli queis intercænia promat
Mater, & unde paret dapibus magmenta futuris,
Caulas incingent pariterq; bovine & equile,
Balantumque gregis stabulum, caprile per amplum,
Serigerumque genus quæ pascat hara atque saginet.
Sic fætura greges supplēbit, ut inde culinæ

Quo-

Quotidie promant obsonia debita mensis. (scet,
 Vestra hinc prosperitas, vestra hinc opulencia cre-
 Vobis nummorum & satis undique sponte redibit;
 Dum concors animos amor, & concordia mentes
 Vinciet, & geminis calor insit cordibus unus.
 Hoc voveo, & Pylios tandem superare per annos
 Felices ambos velit ut vos Numen ab axe,
 Comprecor! incertâ hâc etiam statione relicta,
 Post tumulis condet Vos ut pia turba nepotum,
 Dignetur Deus ille pater, iustusque per orbem
 Rex, animas vestras, pretiosâ morte redemptas,
 Inferere angelicisque choris lætis que triumphis,
 Sedibus æternis donans super æthere olympi!
 Cum venietque dies, quâ corpora vestra resurgent,
 Glorificumque iubar referant iungenda animabus.
 Et Iovæ æternis cantent sacra iubila seclis!

Animitus scripsit

PETRUS LAURBECCHIUS.

D yväń suopa Sufutainen	W iholifem waipuraman/
M ärkelinen M estar J o:	J urin julma jäutäara/
h annes	N uorin R ajoist farkotaman.
A ifen äppen A pecaja	S iuna siten hywä Herraj/
K ärktas kuluisa K äulus.	M äitâ eahra N uorutaisat/
S atin N uorist sanat S uomen.	E tä ällist piettäi J äl;
T iedot T urkun täimieidin;	J äuduis J ohanes J äxi/
E täs mieli sädys muta/	S arais S arnans syihhimbi/
M aida nuorca M eigyt äistä/	E itilistä L apsutaisa/
J ästa kaiti ilahuta/	P ojan raidin parimohisin;
T angâ laului lastewapi.	R awinan wiel laina runsaste/
M istäm sis ynnä kaiti/	E t he hywin äistelis/
M eidän J umalan jultifesta;	M innen sitä wanhat J äl/
E t hen meile armonis andais/	P ällä pärindo jäisi!

Lema

Temmäist minä räiväätän
Suomen sanail suläifillä;
Juitakan räinen äarina!

Taika Kreea kiristökän!
Embän woi nye Rhuochi hēyhi/
Kattaisen wan kirjorusian.
Kirust kirjätti

SAMUEL Gyllenstäle.

SA war aff hiertat Glad Her Brudgum med Ehe
Brudh/
Och nu hwar i sin stad Loff gifwer Eder Gudh/
Som Eder hugnat så at i med Glädie gamman
Nu sammanbindas två/ och skolen lefwa samman:
Gudh gifwe det aff Högd at i med Fröd och Röö
Hwar an til hiertans Frögd mågen tilsamman boo:
Affwärie Gud alt Ondt! Luffplantor Gud för äre!
Dem och Eder förskondt sidst Himel Gud bestäre!

Thet troget önskar
The Hederwårde Contrahenterne
Tienst beredwilligste
GABRIEL WALLENUS.

Förutan all den Frögd/ förutan all den gamman/
Som kärligt ähta paar i werlden haar tilsamman
Aff troget Hiertelag/ aff stadig Kärleef godh:
Som häfftar binder hoop tu hiertan och tu Mod.
Sin största Hiertelust the hafwa til Förmoda
Om Gudh han dem bestär Barn froma och så goda:
The som förlängia wäl Föräldras Lufftidz längd
Fast han med forger år och Suckan elliest mångd.
Thet har doch Salmon sagt: at rättferdig sons Fader
Är öfwer sin Son meer än många skattar Glader:
Sitt nöje får ther aff/ haar en wiisan Födt
Elliest i honom alt år som det wore Dödt.

Eng

Ens namn oddligt blise/ och sprijdt till Werldzens
ända

När utaff barnens namn/ Föräldrar blifwa tända;
Han släktas på sin Moor/ han thenne bråår på
Saar:

Hon älska dygd och tucht; han from och goder war.

Är icke wacker dock/ ett sådant Loffordh höra/

Som Hiertat/mod och hug/ som sinnen all må röra?

Min gamle gode broor/ tu gör förthen skuld rätt

Som achtar med maneer förböla tina ått

Jagh weet at tn nu får/ en Dygdig frommer maka/

Som hushåld wäl förstår/ som kaka weet och baaka.

Att i alt wäl tilgår / med Fog beställa kan;

Som barn opfucha lärde; som frögda kan sin man.

Wäl treffnad och långt lifff/ aff Himmelen Gud beståre!

Åreder Ahta-sång/ Lyfftsfrucht och Born föråhre!

Som 'åro en god Deel utaff vårt Daglig Bröd;

Som hugna/ glädia och i allan Sorgh och Nöd.

Tin dygdetake Brud/ som wil med tig sigh Paara/

Uff Hiertat önskar jagh/ aff mig må helset wara.

Til Gifftermåla bakt/ tu Bror nu föråt går,

Näst Gudz tilhielp jagh och rätt straxt from Ma-
ka får.

The hederwårde unge Contrahenterne, til
wålmeent Affection och ähra/ ihastig-
heet Skrifwie Aff

SIMON Tälpo.

